



9

OFFICIAL

NOTICE

BX2049

.P37

04

1895

C.1



1080020492



EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis

Iphigeneia

OFFICIA VOTIVA

PER ANNUM

PRO SINGULIS HEBDOMADÆ FERIIS

A SS. D. N. LEONE PP. XIII.

PER DECRETUM URBIS ET ORBIS

DIE V. JULII MDCCCLXXXIII

CONCESSA

CUM PSALMIS ET PRECIBUS IN EXTENSO.

EDITIO TERTIA.



UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
Biblioteca Alfonso
Biblioteca Universitaria

CUM APPROBATIONE S. RIT. CONGREGATIONIS.

RATISBONÆ, NEO EBORACI & CINCINNATI.

SUMPTIBUS, CHARTIS ET TYPIS FRIDERICI PŪSTET,

S. SEDIS APOST. ET S. RIT. CONGR. TYPOGRAPHI.

MDCCCXCV.

44249

*Como pencha de camino de Ohio
el presente a mi modo maestro
el Sr. Domingo D. Gonzalez Valverde*

México, 4 de Marzo 1899

F. B. mecha

Bx2049
.P37
041
1895

ADPROBATIO.

Revisione rite peracta omnia cum originalibus concordant.
In fidem etc.

Ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis
hac die 7. Martii 1885.



Pro R. P. D. Laurentio Salvati Secretario
Joannes Canonicus Ponzi Substitutus.

Imprimatur.

Ratisbonæ, die 29. Januarii 1895.

Dr. Fr. X. Leitner, Vic. in Spirit. Gen.



ORATIO

DICENDA ANTE DIVINUM OFFICIUM.

Aperi Dómine os meum ad benedicéndum
nomen sanctum tuum: munda quoque cor
meum ab ómnibus vanis, perversis, et
aliénis cogitátionibus: intelléctum illú-
mina, afféctum inflámma; ut digne, atténte, ac
devóte hoc Offícium recitáre váleam, et exaudíri
mérear ante conspéctum divínæ majestátis tuæ.
Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Dómine in unióne illíus divínæ intentiónis, qua
ipse in terris laudes Deo persolvísti, has tibi Horas
persólvo.

Pater noster, qui es in
cœlis: sanctificétur no-
men tuum: advéniat re-
gnum tuum: fiat volúntas
tua, sicut in cœlo et in
terra. Panem nostrum quo-
tidíanium da nobis hódie:
et dimítte nobis débita no-
stra, sicut et nos dimítti-
mus débitóribus nostris.
Et ne nos indúcas in ten-
tatiónem: sed líbera nos
a malo. Amen.

Ave María, grátia plena:
Dóminus tecum: bene-
dícta tu in muliéribus, et
benedíctus fructus ventris
tui Jesus. Sancta María,
Mater Dei, ora pro nobis
peccatóribus, nunc et in
hora mortis nostræ. Amen.

Credo in Deum, Patrem
Omnipoténtem, Creató-
rem cœli et terræ. Et in
Jesum Christum, Fílium

ejus únicum, Dóminum nostrum: qui concéptus est de Spíritu sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto: crucifíxus, mórtuus, et sepúltus: descendit ad íferos: tertia die resurrexit a mórtuis: ascéndit ad coelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipoténtis: inventúrus est judicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum sanctum, sanctam Ecclesiám cathólicam, sanctórum communionem, remissionem peccatórum, carnis resurrectionem, vitam ætérnam. Amen.

ORATIONEM SEQUEM

devote post Officium recitantibus

Leo Papa X. defectus et culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractas indulisit: et dicitur flexis genibus.

Sacrosánctæ et individuæ Trinitáti, crucifíxi Dómini nostri Jesu Christi humanitáti, beatíssimæ et gloriosíssimæ sempérque Vírginis Mariæ focúndæ integritáti, et ómnium Sanctórum universitáti sit sempitérna laus, honor, virtus et glória ab omni creatúra, nobisque remissio ómnium peccatórum, per infinita sæcula sæculórum. **R.** Amen.

V. Beáta viscera Mariæ Vírginis, quæ portaverunt ætérni Patris Fílium. **R.** Et beáta úbera, quæ lactaverunt Christum Dóminum.

Pater noster. Ave María.



PSALMI

PLURAEQUE ALIA COMMUNIA
IN OFFICIIS VOTIVIS RECITANDA.

AD MATUTINUM.

Pater noster. Ave María.
et Credo. **secreto.**

Deinde clara voce dic. **V.**

Dómine lábia mea apé-
ries. **R.** Et os meum
annuntiábit laudem tuam.
V. Deus in adjutórium
meum inténde. **R.** Dómine
ad adjuvándum me festína.

Glória Patri, et Fílio, et
Spíritui sancto: Sicut erat
in principio, et nunc, et
semper, et in sæcula sæ-
culórum. Amen. Allelúja.
vel Laus tibi Dómine Rex
ætérnæ glóriæ.

Invitatorium.

Regem Angeló-
rum Dóminum
* Veníte adoré-
mus. **Repetitur**
Regem Angelórum Dómi-
num veníte adorémus.

Vel dicitur: Regem Aposto-
lórum etc. ut suo loco notatur.

Psalmus 94.

Veníte, exsultémus
Dómino, jubilémus
Deo salutári no-
stro: præoccupémus fá-
ciem ejus in confessióne,
et in psalmis jubilémus ei.